

# Documentos vaticanos de la diócesis de Palencia en la Edad Media (siglos XIV-XV)

*Saturnino Ruiz de Loizaga*

## INTRODUCCIÓN

Es bien sabido que el Archivo Vaticano guarda un caudal inmenso de documentos, cuyo estudio permite emprender cualquier tipo de trabajo histórico, ya sea de índole cultural, religiosa, político-social o económica.

El relevante papel ejercido por el papado como árbitro y director de la Cristiandad medieval hizo tangible y necesaria su intervención en todos los aspectos de la vida de los pueblos. En el medievo no existió otra autoridad o potencia que influyera de una manera tan decisiva en la vida de las personas y en las enteras poblaciones, como la Iglesia y su jefe el Papa. La influencia del Papa llegó a abarcar de una manera u otra a todo el orbe cristiano; testimonio de esta expansión sin igual de su autoridad son los múltiples documentos pontificios de todo tipo y edad referentes, en nuestro caso, a la diócesis de Palencia.

Los archivos han sido considerados, con razón, como la memoria colectiva de los pueblos. No sería posible investigar y profundizar en la historia de las instituciones de nuestros pueblos, incluso de los más insólitos e inconcebibles aspectos, prescindiendo de la rica y variada documentación que guardan los Archivos Vaticanos. Para tener un sólido y mejor conocimiento de nuestra historia religiosa y civil hay que beber indiscutiblemente de estas fuentes.

Ciertos aspectos de la vida de la Edad Media no pueden ser objeto de estudio por falta de documentación o pobreza de fuentes. Este interés y preocupación por la publicación de dichas fuentes ha surgido debido a las exigencias siempre mayores de profundizar en un mejor conocimiento del pasado. Una historia viva de la diócesis de Palencia, honda e integral, no es posible si no se conocen los documentos vaticanos<sup>1</sup>.

---

<sup>1</sup> Los fondos documentales más importantes son: los *Registros Vaticanos* (2.020 volúmenes), los *Registros Aviñonenses* (339 volúmenes), los *Registros Lateranenses* (2.467 volúmenes), los *Registros de Súplicas* (7.400 volúmenes).

## 1. - Contenido de la Documentación

Si bien en la mayor parte de la documentación pontificia sobresale el relativo a los beneficios eclesiásticos, que es con mucho el más cuantioso<sup>2</sup>, nosotros hemos dado preferencia intencionalmente a los documentos relacionados con la idea de favor o gracia, denominada *indulgencia*<sup>3</sup>.

Se entiende por indulgencia la remisión ante Dios de la pena temporal por los pecados, ya perdonados en cuanto a la culpa, que un fiel dispuesto y cumpliendo determinadas condiciones consigue por mediación de la Iglesia, la cual, como administradora de la redención, distribuye y aplica con autoridad el tesoro de las satisfacciones de Cristo y de los Santos.

La práctica de la concesión de las indulgencias se refleja, pues, abundantemente en los documentos que presentamos. La estima y aprecio por las indulgencias en el medioevo fue verdaderamente alto. No podemos olvidar que en la sociedad medieval y, -debido, en buena parte, a las nuevas órdenes religiosas-, surge y nace una verdadera eclosión de devociones particulares, de cofradías, de asociaciones de oficios y profesiones, y todo esto contribuye a hacerse siempre con nuevas indulgencias, hasta casi poder afirmar que sin ellas no funcionaba la vida religiosa. Así las indulgencias fueron anexas a muchas realizaciones no simplemente piadosas, sino de pública utilidad, religiosa o civil.

Difícilmente se puede encontrar un templo o un monasterio que no haya estado construido, al menos en parte, con las entradas o limosnas provenientes de las indulgencias, concedidas para su reconstrucción o reparación; la enorme actividad arquitectónica y artística del medioevo se explica, en buena lógica, por esto. Fue de este modo, a través de esta pequeña fuente de ingresos provenientes de los simples fieles como precisamente surgieron nuevos centros de culto y de vida religiosa en la diócesis; lugares, en definitiva, de atracción de la devoción popular.

La enorme actividad arquitectónica y artística de la Baja Edad Media de la diócesis de Palencia se explica, en buena lógica, a través del instrumento de las indulgencias.

---

<sup>2</sup> Casi ocho décimas partes de los registros pontificios, como el de las Súplicas, el Aviñonense, el Vaticano y el Lateranense, están dedicados a la provisión de beneficios.

<sup>3</sup> La indulgencia es la remisión ante Dios de la pena temporal debida por los pecados que ya han sido perdonados en cuanto a la culpa; remisión que la autoridad eclesiástica, tomándola del tesoro de la Iglesia, concede a los vivos a manera de absolución y a los difuntos a manera de sufragio.

Pero también los hospitales, leproserías, hospicios, conventos, iglesias y ermitas fueron construidos con la ayuda de indulgencias especiales. A veces, incluso, se piden indulgencias para la construcción o reformas de puentes para facilitar el viaje de los peregrinos a Santiago, para obras de saneamiento. Este aspecto de las indulgencias, como vehículo eficaz de la cultura y civilización, merece todo encomio.

Pero la concesión de las indulgencias, en estrecha relación con la limosna, dio desgraciadamente también origen a reprobables abusos. El falso concepto de que la indulgencia libraba no sólo de la pena de muerte sino también de la culpa, -introducido en el pueblo y combatido débilmente por la jerarquía católica,- contribuyó a multiplicar los abusos hasta tal punto de reducir la concesión de las indulgencias a una operación financiera. El concilio de Trento pondrá orden al respecto suprimiendo todos los abusos derivados del lucro de las indulgencias<sup>4</sup>.

## 2. Consecuencias prácticas

Hay una nota a destacar, y es el cariño que los papas demuestran y las gracias y privilegios que conceden a los lugares de culto a través de las indulgencias. Esa función generosa y encomiable que hoy ejercen los establecimientos económicos o bancos en la reconstrucción y restauración del Patrimonio Histórico Nacional, salvando las distancias, lo llevaron a cabo los pontífices a través de las gracias que al papa se piden y de él se reciben. Estas gracias tenían como contraprestación el ejercicio de la limosna (*pias eleemosinas erogantibus* > “donando una limosna”); o bien, el involucrarse personalmente en la erección o reedificación (*per unum diem laborantibus seu salarium pro uno operario* <”por un día de trabajo o el salario de un obrero”); o más genéricamente (*manus porrigentibus adiutrices* <”con la propia contribución”) de los recintos sagrados o de beneficencia. De estas expresiones se puede argüir que en la edificación o remodelación de los establecimientos religiosos y de hospedaje participaban los vecinos, material y espiritualmente: unos aportando su esfuerzo físico en el acarreo de piedras; otros con su colaboración económica para pagar a los artesanos del cincel. Todo el vecindario seguía expectante el nacimiento del 'nuevo edificio' como reafirmación de su fe cristiana.

---

<sup>4</sup> El papa León X, por ejemplo, concedió una indulgencia especial a los que contribuyeran a la construcción de la fábrica de San Pedro (año 1515). Los abusos, combatidos con debilidad por la autoridad eclesiástica, fueron el pretexto para que Lutero se levantara contra Roma.

a.- *Reparación de edificios (parroquias, ermitas, puentes...)*

Rastreando por los diplomas pontificios hemos detectado un consistente número de lugares de culto relacionados con su 'reparación o reconstrucción' y siempre, como telón de fondo, la práctica de las indulgencias. Se piden 'indulgencias' para la reparación de una iglesia que se ha quemado, o bien está en ruinas; de una capilla o ermita o santuario donde hay una imagen muy venerada y hay que reconstruirlo; de un hospital que urge reparación; de un puente que reparar y facilita el paso de peregrinos a Santiago; o para paliar los nefastos efectos de la Peste Negra (doc. nº 4).

a.- He aquí el elenco de *iglesias, capillas y ermitas*:

- Iglesia parroquial de San Miguel de Aguilar de Campóo, núms. 1, 3.
- Iglesia de S. María e Hipólito de Támara, nº 7.
- Iglesia parroquial de S. Miguel de Becerril, nº 8.
- Iglesia parroquial de S. María de Becerril, nº 10.
- Iglesia catedral de San Antolín e Hipólito de Palencia, nº 11 y 15.
- Iglesia parroquial de S. Miguel de Frechilla, nº 12.
- Iglesia de S. María de Belén de Carrión, nº 13.
- Iglesia parroquial de S. María del Pozo Bueno de Fuentes de D. Bermudo, nº 18.
- Iglesia parroquial de Santiago de Boadilla del Camino, nº 21.
- Iglesia-ermita de S. Marina de Boquerín de Campos, nº 17.
- Capilla de Santa María de Arconada de Ampudia, nº 5.
- Capilla de Santiago de Paredes de Nava, nº 6.

Algo profundo y evocador en aquellos hombres medievales de fe profunda es el amor a su iglesia parroquial, iglesia en la que había sido bautizado, donde cada domingo era una alborada para su corazón de creyente, donde se reunía en concejo, donde se encontraba siempre para dar el último y penoso adiós a sus seres queridos.

b.- *Hospitales*

A lo ya dicho nos parece oportuno resaltar el papel que adquiere también en esta pequeña documentación la presencia de los hospitales. Su fin no fue otro que la beneficencia. El creciente y constante contingente de peregrinos

nos, camino de Compostela, que atravesaba la diócesis palentina requería atención médica y sanitaria y ésta sólo la podían recibir en los hospitales. Una red hospitalaria cumplía funciones de acogida y de caridad en general. Estos hospitales solían gozar de exención de impuestos y derecho de pastos.

- Hospital de Aguilar de Campoo, nº 1 y 3.
- Hospital de Carrión, nº 14.
- Hospital en los confines de Palencia con León, nº 16.
- Hospital de San Antolín de Palencia, nº 19.

### c.- *Otras informaciones*

Por último, la lectura de estos documentos nos ofrece, además, un amplio muestrario de datos sueltos, de novedades que se refieren a Órdenes religiosas (organización interna (nº 2 y 14); a la Peste Negra (nº 4); al camino de Santiago (nº 14 y 16); a judíos conversos (nº 9 y 20); a la catedral del patrón de Palencia (nº 11 y 15); al linaje de los Manrique (nº 13); a los orígenes del obispo Gonzalo de Aguilar (*dictus episcopus traxit originem* (doc. nº 1 y nº 3), que regentó las diócesis de Cuenca, Sigüenza, Compostela y Toledo. Se ofrece puntualmente información del tipo de apellidos que se llevaban entonces. Un rico veneno de noticias de todo género siempre importantes para conocer la historia de los pueblos palentinos.

Si el documento no es sino una manifestación más de la propia vida y época en que nace, estas características que configuran los siglos XIV y XV en Palencia tienen fiel reflejo en la documentación que presentamos. A través de ella se podrá ahora profundizar en las más variadas manifestaciones de la vida del bajo medioevo en esta diócesis palentina.

## DOCUMENTOS

## 1

1346, agosto 20, Aviñón

*San Miguel de Aguilar*

*A instancias de Gonzalo, obispo de Sigüenza (nacido u originario de Aguilar de Campóo), y de algunos parientes y amigos suyos, el papa Clemente VI de Aviñón, concede cien días de indulgencia, una vez al año y en la fiesta de San Miguel, a los fieles que, confesados y arrepentidos, visiten y colaboren en la edificación de la iglesia de San Miguel de Aguilar, como asimismo en el hospital para pobres y peregrinos (todo esto, una vez terminada la iglesia).*

Reg. Aven. 89, fol. 165v.

Universis christifidelibus presentes litteras inspecturis, salutem etc.

Splendor paterne glorie, qui sua mundum illuminat ineffabili claritate pia vota fidelium, de clementissima ipsius maiestate sperantium, tunc precipue benigno favore prosequimur, cum devota ipsorum humilitas sanctorum precibus et meritis adiuvatur.

Cum itaque, sicut ex tenore petitionis venerabilis fratris nostri Gundisalvi episcopi Seguntin<sup>5</sup>. nobis oblate percepimus, idem episcopus et nonnulli sui consanguinei et amici quandam ecclesiam sub vocabulo beati Michaelis cum quodam hospitali pro usu pauperum et peregrinorum ad laudem divini culminis in loco de Aguilar de Campo, Burgensis diocesis, de quo quidem loco dictus episcopus traxit originem, edificari faciant, in qua ecclesia iam multa fiunt opera caritatis, nos cupientes ut eadem ecclesia a christifidelibus congruis honoribus frequentetur et devotio populi ad ipsam ecclesiam augeatur, ac ut ipsi fideles eo libentius causa devotionis confluent ad eandem, quo uberiores dono celestis gratie conspexerint se refectos, de omnipotentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi, omnibus vere penitentibus et confessis, qui prefatam ecclesiam postquam edificata fuerit, in festivitate dedicationis eiusdem beati Michaelis devote visitaverint annuatim, centum dies de iniunctis eis penitentiis singulis videlicet annis, quibus in festivitate prefatam ecclesiam predictam visitaverint, ut prefertur, misericorditer relaxamus.

Datum Avinione, XIII kalendas septembris, anno quinto.

---

<sup>5</sup> Gonzalo de Aguilar, obispo de Sigüenza (1342- 1348). Antes fue obispo de Cuenca y de Sigüenza fue trasladado a Compostela (1348-1351) y después a Toledo (1351-1353) y expulsado. Por este documento parece ser que era originario de Aguilar de Campóo.

## 2

**1346, agosto 20, Aviñón*****Santa María de Aguilar***

*El papa Clemente VI concede al abad del monasterio premonstratense de santa María de Aguilar de Campóo (Palencia) el privilegio de no admitir a nadie (ya sea superior, como monje) que se presente con letras apostólicas, si éstas no hacen plena mención de esta facultad o prerrogativa.*

Reg. Aven. 89, fol. 256r. y 149 v.

Dilecto filio Iohanni abbati monasterii Sancte Marie de Aguilar, ordinis premonstratensis, Burgensis diocesis, salutem.

Provenit etc. [ex devotionis vestre meritis ut quam digne possimus libenter vobis gratiam faciamus. Hinc est quod nos, devotionis vestre precibus annuentes, auctoritate vobis presentium indulgemus ut per litteras impetrandas a nobis, ad receptionem vel provisionem alicuius cogi de cetero non positus inviti, nisi plenam de hac indulgentia fecerint mentionem] ut in illa qua dirigitur Manfredo de Calaromonte usque in finem.

Datum Avinione, XIII kalendas septembris, anno quinto.

## 3

**1347, junio 6, Aviñón*****San Miguel de Aguilar***

*El papa Clemente VI de Aviñón concede un año y cuarenta días de indulgencia a los fieles que, arrepentidos y confesados, visiten anualmente y en algunas festividades la iglesia de san Miguel Arcángel y contribuyan a la edificación de la misma, juntamente con su hospital.*

Reg. Aven. 97, fol. 177v.; Reg. Vat. 180, fol. 227v.

Universis christifidelibus presentes litteras inspecturis, salutem etc.

Splendor paterne glorie, qui sua mundum illuminat ineffabili claritate pia vota fidelium, de clementissima ipsius maiestate sperantium, tunc precipue benigno favore prosequimur, cum devota ipsorum humilitas sanctorum precibus et meritis adiuvatur.

Cum itaque, sicut pro parte venerabilis fratris nostri Gundisalvi episcopi, Seguntin. diocesis nobis extitit intimatum, ipse et nonnulli eius consanguinei et amici in loco de Aguilar de Campo, Burgensis diocesis, unde dictus episcopus traxit origi-

nem, quandam ecclesiam sub nomine et vocabulo beati Michaelis arcangeli cum quodam hospitali pro usu pauperum et peregrinorum ad illud confluentium<sup>6</sup> ad divini nominis laudem et gloriam edificari fecerint, in quibus per Dei gratiam multa iam caritatis opera prout asseritur, exercentur, nos cupientes, ut eadem ecclesia ob honorem et reverentiam ipsius beati Anchangeli et primatis celestis exercitus, eo libentius a christifidelibus congruis honoribus frequentetur, quo per hoc fideles ipsi inibi potiori dono celestis gratie senserint se reffectos, de omnipotentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum, eius auctoritate confisi, omnibus vere penitentibus et confessis, qui ecclesiam ipsam in singulis eiusdem beati Michaelis festivitibus devote visitaverint annuatim, unum annum et unam quadragenam de iniunctis eis penitentiis singulis, videlicet, diebus ipsarum festivitatum, quibus ecclesiam ipsam visitaverint, ut prefertur, misericorditer relaxamus.

Datum Avinione, VIII idus iunii, anno sexto.

#### 4

#### 1374, agosto 22, Sorgues (dióc. de Aviñón) Peste negra

*El papa Gregorio XI concede a todos los fieles de cualquier condición y sexo de la diócesis de Palencia, a causa de una fuerte peste surgida en la ciudad y diócesis, que puedan elegir un confesor que les absuelva de todos los pecados 'in articulo mortis', concesión válida por cuatro meses después de la publicación realizada en la iglesia de Palencia.*

Reg. Aven. 192, fol. 121r.

Dilectis filiis, universis personis ecclesiasticis et secularibus utriusque sexus, habitatoribus et incolis civitatis et dioc. Palentin., salutem etc.

Provenit ex vestre devotionis affectu, quo nos et Romanam Curiam reveremini, ut petitiones vestras, illas presertim que animarum vestrarum salutem respiciunt, ad exauditionis gratiam admittamus.

Cum itaque, sicut accepimus, in civitate et diocesis Palentin. mortalitatis pestis iamdiu vigerit et adhuc plurimum invalescat, nos, vestris supplicationibus inclinati, ut confessor, quem quilibet unum, qui ex dicta peste de hoc periculo migraverit, duxerit eligendum, omnium peccatorum vestrorum, de quibus corde contriti et ore confessi fuerint semel tantum in mortis articulo plenam remissionem vobis, in sinceritate fidei, unitate sancte Romane ecclesie ac obedientia et devotione nostra, successorum nostrorum Romanorum pontificum canonicè intransium persistentibus, auctoritate apostolica concedere valeat, devotioni vestre tenore presentium indulgemus; sic tamen

<sup>6</sup> El registro Vaticano pone 'confirmantium'.

quidem confessor de hiis, de quibus fuerit alteri satisfactio impendenda, eam vobis per vos, si supervixeritis, vel per heredes vestros aut alios, si tunc forte transieritis, faciendam iniungat, quam vos vel illi facere teneamini, ut prefertur. Et ne [quidem], quod absit, propter huiusmodi gratiam reddamini procliviores ad illicita in posterum comitenda, volumus quod, si ex confidentia remissionis huiusmodi aliqua forte committeretis, quoad illa predicta remissio vobis nullatenus suffragetur.

Presentibus post quatuor menses a publicatione presentium in ecclesia Palentin. facienda, inantea computandos minime valituris.

Nulli ergo etc. nostre concessionis et voluntatis infringere etc.

Datum apud Ponte Sorgie Avinionensis diocesis, XI kalendas septembris, anno quarto.

## 5

1396, mayo 28, Aviñón

*S. María de Arconada*

*El papa Benedicto XIII de Aviñón concede una serie de indulgencias en determinadas fiestas litúrgicas a cuantos contribuyan anualmente con sus limosnas a la reparación de la capilla de Nuestra Sra. de Arconada, fuera de los muros de la villa de Fuentepudia (Ampudia).*

Reg. Aven. 300, fols. 121r-121v.

Reg. Suppl. 401, fol. 240v.

Universis christifidelibus presentes litteras inspecturis, salutem etc.

Licet is etc...

Cum itaque, sicut accepimus, capellam beate Marie de Arconada, extra muros ville de Fontepudia, Palentin. diocesis, in qua Dominus Noster Ihesus Christus, ob reverentiam beate Marie virginis matris sue quamplurima dignatus est ostendere miracula magnis reparationibus indigeat, adeo quod absque christifidelium eleemosynis non possint commode reparari seu etc. sustentari, nos cupientes, ut dicta capella, congruis honoribus frequentetur... ut christifideles eo libentius causa devotionis confluent ad eandem et ad reparationem et sustentationem huiusmodi manus porrigant adiutrices, quo ex hiis ibidem uberius dono celestis gratie conspexerint se refectos, de omnipotentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi, omnibus vere penitentibus et confessis, in Nativitatis, Circumcisionis, Epiphanie et Resurrectionis, Ascensionis et Corporis Domini nostri Ihesu Christi et Pentecostes, ac Nativitatis, Annuntiationis, Purificationis et Assumptionis eiusdem beate Marie virginis et Nativitatis beati Iohannis Baptiste, dictorum apostolorum Petri et Pauli ac ipsius capelle dedicationis festivitatibus, et in celebritate Omnium Sanctorum, necnon per

ipsarum Nativitatis, Epiphanie, Resurrectionis, Ascensionis, et Corporis // Domini ac Nativitatis et Assumptionis beate Marie, Nativitatis sancti Iohannis Baptiste et apostolorum Petri et Pauli festivitatum octavas et per sex dies dictam festivitatem Pentecostes immediate sequentes prefactam capellam devote visitaverint annuatim et ad reparationem et sustentationem predictas manus porrexerint adiutrices ipsius, videlicet beate Marie virginis Assumptionis, unum annum et quadraginta et festivitatum ac celebritatis aliorum centum ac octavarum et sex dierum predictorum diebus quibus capellam ipsam visitaverint et manus porrexerint, ut prefertur, quinquaginta dies de iniunctis eis penitentiis misericorditer relaxamus. Ceterum etc... Volumus autem quod si alias visitantibus dictam capellam seu ad fabricam ipsius manus porrigentibus adiutrices, aut alias inibi pias eleemosynas erogantibus aliqua indulgentia imperpetuum vel ad certum tempus nudum lapsum duratura per nos seu auctoritate nostra fuerit concessa, huiusmodi presentes littere nullius existant roboris vel momenti. Presentes post decennium nunc valitis.

Datum Avinione, V kalendas iunii, anno secundo.

6

**1408, mayo 27, Porto Veneris (dióc. de Génova) *Santiago de Paredes de Nava***

*El papa Benedicto XIII de Aviñón concede indulgencias a cuantos arrepentidos y confesados se acerquen anualmente a la capilla de Santiago apóstol, cerca del lugar de Paredes de Nava, en determinadas fiestas y con sus limosnas contribuyan a la reparación de la misma.*

Reg. Aven. 330, fols. 550v-551r.

Universis christifidelibus presentes litteras inspecturis, salutem etc.

Licet is, de cuius munere venit ut sibi a fidelibus suis digne ac laudabiliter serviat de abundantia pietatis sue, que merita supplicum excedit et vota bene servientibus sibi multo maiora retribuatur quam valeat promereri nihilominus tamen, // desiderantes Domino reddere populum acceptabilem et bonorum operum sectatorem, fideles ipsos ad complacendum ei quasi quibusdam allectivis muneribus, indulgentiis videlicet et remissionibus invitamus, ut ipsi exinde reddantur divine gratie aptiores.

Cupientes itaque, ut capella sancti Iacobi apostoli, sita extra muros loci de Paredes de Nava, Palentin. diocesis, in qua sicut accepimus tam ipsius apostoli quam etiam plurimorum aliorum sanctorum multe reliquie consistunt et quam causa devotionis magna solet affluere populi multitudo congruis honoribus frequentetur ac christifideles eo libentius causa devotionis confluant ad eandem et ad opus ipsius manus promptius porrigant adiutrices, quo hiis ibidem uberius dono celestis gratie conspexerint

rint se refectos, de omnipotentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi omnibus vere penitentibus et confessis, qui in Nativitatis, Circumcisionis, Epiphanie, Resurrectionis, Ascensionis et Corporis Domini nostri Ihesu Christi et Pentecostes, necnon Nativitatis, Annuntiationis, Purificationis et Assumptionis beate Marie virginis, Nativitatis beati Iohannis Baptiste et sanctorum Petri et Pauli ac Iacobi predictorum et Bartholomei apostolorum ac beate Marie Magdalene et in celebritate Omnium Sanctorum ac per ipsarum Nativitatis, Epiphanie, Resurrectionis, Ascensionis, et Corporis Domini, Nativitatis et Assumptionis beate Marie, Nativitatis beati Iohannis Baptiste et apostolorum Petri et Pauli predictorum festivitatum octavas et per sex dies dictam festivitatem Pentecostes immediate sequentes, dictam capellam devote visitaverint annuatim et ad opus ipsius manus porrexerint adiutrices, singulis videlicet beatorum Iacobi et Bartholomei, ac beate Marie Magdalene predictorum tres annos et totidem quadragenas, aliarum vero festivitatum et celebritatis centum dies ac octavarum et sex dierum predictorum diebus quibus capellam ipsam visitaverint et manus porrexerint, ut prefertur, quadraginta dies de iniunctis eis penitentiis in Domino misericorditer relaxamus.

Ceterum, ut omnia et singula, que per eosdem fideles pro relaxationis huiusmodi consequenda gratia offerri contigerit vel donari, in usus, ad quos oblata vel donata fuerint, integre convertantur, sub indeterminatione divini iudicii districtius inhibemus, ne quis, cuiuscumque status, vel conditionis existat, quidquam de oblatis vel donatis ipsis sibi aliquatenus appropriet vel usurpet.

Si quis autem hoc attemptare presumpserit, non possit a reatu presumptionis huiusmodi ab aliquo nisi apud Sedem Apostolicam ac satisfactione debita per eum de illis, que sibi appropriaverit vel usurpaverit, realiter prius impensa, preterquam in mortis articulo constitutus, absolutionis beneficium obtinere.

Volumus autem quod, si alias visitantibus dictam capellam seu ad eius opus manus porrigentibus adiutrices aliqua indulgentia perpetuo vel ad ipsius nondum lapsum duratura auctoritate apostolica concessa fuerit, presentes littere nullius sint roboris vel momenti.

Datum apud Portum Veneris, Ianuen. diocesis, VI kalendas iunii, anno quarto decimo.

Expeditis [litteris] VI nonas iulii, anno XVI. B. Fortis.

**1414, junio 25, San Mateo (dióc. de Tortosa)      S. María de Támara**

*El papa Benedicto XIII de Aviñón concede significativas indulgencias en determinadas festividades litúrgicas a cuantos visiten anualmente y contribuyan con sus limosnas a la reparación de la iglesia de Santa María y San Hipólito de Támara.*

Reg. Aven. 344, fols: 669r-669v.

Universis christifidelibus presentes litteras inspecturis, salutem etc.

Splendor paterne glorie que sua mundum illuminat ineffabili claritate...

Cupientes igitur, ut ecclesia beate Marie et Sancti Ypoliti<sup>7</sup> de Tamara, Palentin. dioc., congruis honoribus frequentetur et ut christifideles eo libentius causa devotionis confluant ad eandem et ad fabricam et reparationem ipsius ecclesie manus promptius porrigant adiutrices, quo ex his ibidem uberius dono celestis gratie conspexerint se reffectos, de omnipotentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi, omnibus vere penitentibus et confessis, qui in Nativitatis, Circumcisionis, Epiphanie, Resurrectionis, Ascensionis et Corporis Domini nostri Ihesu Christi ac Pentecostes, necnon Nativitatis, Annuntiationis, Purificationis et Assumptionis eiusdem beate Marie virginis ac Nativitatis beati Iohannis Baptiste, dictorum apostolorum Petri et Pauli [festivitatibus] ac in celebritate Omnium Sanctorum, et per ipsarum Nativitatis, Epiphanie, Resurrectionis, Ascensionis, et Corporis Domini, necnon Nativitatis et Assumptionis beate Marie ac Nativitatis beati Iohannis [Baptiste] et apostolorum Petri et Pauli predictorum festivitatum octavas et per sex dies dictam festivitatem Pentecostes immediate sequentes, ac in die Dedicacionis ipsius ecclesie ac in festo Sancti Ypoliti ecclesiam predictam devote visitaverint annuatim et ad fabricam // et reparationem huiusmodi manus porrexerint, ut prefertur, singulis videlicet, festivitatum et celebritatis ac Dedicacionis, centum octavarum vero et sex dierum predictorum diebus, quibus ecclesiam ipsam devote visitaverint et manus porrexerint, ut prefertur, quinquaginta dies de iniunctis eis penitentiis misericorditer relaxamus. Ceterum ut omnia et singula... Si quis autem...

Datum apud Sanctum Mattheum Dertusen. dioc., VII kalendas iulii.

## 8

**1415, julio 9, Valencia**

***San Miguel de Becerril***

*El papa Benedicto XIII de Aviñón concede indulgencias en determinadas fiestas litúrgicas a cuantos contribuyan a la reparación de la iglesia parroquial de San Miguel de Becerril, diócesis de Palencia.*

Reg. Aven. 347, fols. 385r-385v.

Universis christifidelibus presentes litteras inspecturis, salutem etc.

<sup>7</sup> En el año 1850 Támara tenía dos parroquias: una bajo la advocación de S. Hipólito, la otra bajo la advocación de San Miguel. Cfr. MADRIZ, P., *Diccionario Geográfico-Estadístico-Histórico de España* (Madrid 1845-1850), voz "Támara".

Quoniam, ut ait apostolus “Omnes stabimus ante tribunal Christi”<sup>8</sup>, recepturi, prout unusquisque in corpore gessit, sive bonum fuerit sive malum, oportet nos diem messionis extreme misericordie operibus prevenire et talia seminare in terris, que cum multiplicato fructu recolligere valeamus in celis, firmam spem fiduciamque tenentes “quod qui parce seminat parce et metet, et qui seminat in benedictionibus de benedictionibus”<sup>9</sup> et metet vitam eternam.

Nos, cupientes ut parochialis ecclesia sancti Michaelis de Bezerril, Palentin. diocesis, congruis honoribus frequentetur et ut christifideles eo libentius causa devotionis confluant ad eandem et ad fabricam seu reparationem ipsius manus promptius porrigant adiutrices, quo ex his ibidem uberius dono celestis gratie conspexerint se refectos, de omnipotentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi, omnibus vere penitentibus et confessis, qui in Nativitatis, Purificationis, Epiphanie, Resurrectionis, Ascensionis et Corporis Domini nostri Ihesu Christi ac Pentecostes et ipsius // Sancti Michaelis, necnon Nativitatis, Annuntiationis, Purificationis et Assumptionis beate Marie virginis et Nativitatis beati Iohannis Baptiste sanctorumque Petri et Pauli apostolorum et Michaelis predictorum et ipsius capelle dedicationis festivitatis et in celebritate Omnium Sanctorum et per ipsarum Nativitatis, Epiphanie, Resurrectionis, Ascensionis, et Corporis Domini, necnon Nativitatis et Assumptionis beate Marie et Nativitatis beati Ioannis Baptiste et apostolorum Petri et Pauli predictorum festivitatum octavas et per sex dies dictam festivitatem Pentecostes immediate sequentes ipsam devote visitaverint annuatim et ad fabricam seu reparationem huiusmodi manus porrexerint adiutrices singulis videlicet sancti Michaelis dies ac Nativitatis Domini Resurrectionis, Ascensionis et Pentecostes ac beate Marie virginis et sancti Benedicti unum, annos et totidem quadragenas, aliarum autem festivitatum et celebritatis centum, octavarum vero et sex dierum predictorum, diebus quibus ecclesiam ipsam devote visitaverint et manus porrexerint, ut prefertur, quinquaginta dies de iniunctis eis penitentiis misericorditer relaxamus.

Ceterum, ut omnia et singula, que per eosdem fideles pro relaxationis huiusmodi gratia consequenda offerri contigerit vel donari, in usum, ad quos oblata vel donata fuerint, integre convertantur, sub indeterminatione divini iudicii districtius inhibemus, ne quis, cuiuscumque status vel conditionis existat, quidquam de oblatis vel donatis ipsis sibi aliquatenus appropriet vel usurpet.

Si quis autem hoc attemptare presumpserit, non possit a reatu presumptionis huiusmodi ab aliquo nisi apud Sedem Apostolicam ac satisfactione debita per eum de illis, que sibi appropriaverit vel usurpaverit, realiter prius impensa, preterquam in mortis articulo constitutus, absolutionis beneficium obtinere.

Datum in civitate Valentin. provincie Tarraconen. VII idus iulii, anno vicesimo primo.

Expeditis [litteris] idus iulii, anno XXI. A de Campis.

<sup>8</sup> Romanos, 14, 10.

<sup>9</sup> 2 Corintios, 9, 6.

**1417, abril, 2, Peñíscola**

***Sinagoga de Cisneros***

*El papa Martín V ordena al oficial de Palencia que otorgue el permiso debido para que los judíos conversos de Cisneros puedan construir una capilla en el lugar que antes fuera su sinagoga.*

Reg. Vat. 328, fol. 497r-497v.

Publica: Simonsohn, S., *The apostolic see and the Jews*, vol. II (Toronto 1988) n° 558, pp. 618-619.

Dilecto filio officiali Palentino, salutem etc.

Pia fidelium vota, que divini cultus augmentum et animarum salutem respiciunt, libenter favore apostolico posequimur eisque assensum benivolum impartimur.

Cum itaque, sicut exhibita nobis nuper pro parte dilectorum filiorum, ad fidem Christi orthodoxam noviter conversorum, loci de Cisneros, Legionensis diocesis, peticio continebat, ipsi et alii nonnulli christifideles in loco predicto commorantes, in domo olim pro sinagoga iudeorum ipsius loci facta seu constructa, unam capellam fundare ipsamque dotare proponant, pro parte exponencium predictorum fuit nobis humiliter supplicatum, ut premissa faciendi licenciam concedere, de benignitate apostolica dignaremur. Nos, divinum cultum augmentari totis viribus affectantes, huiusmodi supplicationibus inclinati, discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatenus exponentibus supradictis unam capellam in domo predicta, si sit locus ad hoc congruus et honestus, edificandi, fundandi ac etiam construendi, necnon in ea missas et alia divina officia per proprium vel alium sacerdotem ydoneum celebrari faciendi, dote sufficienti pro uno perpetuo capellano, inibi perpetuo Domino servituro, primitus assignata, licenciam auctoritate apostolica largiaris; iure tamen parrochialis ecclesie et alterius cuiuscumque in omnibus semper salvo.

Datum Paniscole, Dertusensis diocesis, IIII nonas augusti, anno vicesimo tertio. Exp. V idus aprilis, anno XXIII.

**1417, septiembre 24, Peñíscola**

***S. María de Becerril***

*Los feligreses de Becerril se dirigen al papa Benedicto XIII solitando tres años y cuarenta días de indulgencia para cuantos visiten y contribuyan, en determinadas fiestas litúrgicas, al mantenimiento y adecentamiento de la iglesia parroquial de Santa María de Becerril.*

Reg. Aven. 349, fols. 467v-468r.

Universis christifidelibus presentes litteras inspecturis, salutem etc.

Dum precelsa meritorum insignia, quibus regina celorum virgo Dei genitrix... honoremus.

Cupientes igitur, ut parochialis ecclesia beate Marie de Becerril, Palentin. diocesis, que sub vocabulo ipsius beate Marie virginis fundata existit, congruis honoribus frequentetur, et ut christifideles eo libentius causa devotionis confluant ad eandem et ad fabricam ipsius manus promptius porrigant adiutrices, quo ex his ibidem uberius dono celestis gratie conspexerint se refectos, de omnipotentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum, eius auctoritate confisi, omnibus vere penitentibus et confessis, qui in Nativitate, Circumcisionis, Epiphanie, Resurrectionis, Ascensionis et // Corporis Domini Ihesu Christi ac Pentecostes, necnon Nativitatis, Annuntiationis, Purificationis et Assumptionis beate Marie virginis, nativitatis beati Ionanis Baptiste, apostolorum Petri et Pauli predictorum et Dedicationis ipsius ecclesie festivitatibus ac celebritatis Omnium Sanctorum... // eandem ecclesiam devote visitaverint annuatim et ad fabricam seu ornamenta ipsius manus porrexerint adiutrices singulis videlicet festivitatibus et celebritatis..., tres annos et totidem quadragenas... de iniunctis eis misericorditer relaxamus. Ceterum autem omnia... Si quis autem...

Datum Paniscole Dertusensis diocesis, VIII kalendas octobris anno vicesimo tertio.

## 11

**1419, agosto 16, Florencia**

*San Antolín e Hipólito*

*Solicitudión de concesión de indulgencias a la Cancillería Apostólica en favor de la iglesia catedral de San Antolín y de San Hipólito y de otros santos, cuyas reliquias descansan en dicho lugar sagrado, a cuantos ayuden de alguna manera a la reparación de dicho templo.*

Reg. Suppl. 129, fols. 169v-170r.

Dignetur Sanctitas Vestra universis et singulis christifidelibus ecclesiam cathedralem sancti Antonini Palentin. in [festis] predicti sancti Antonini et sancti Ypoliti et aliorum sanctorum, quorum reliquie in eadem ecclesia requiescunt aliisque festivitatibus anni per Cancellariam apostolicam assignari assuetis ipsarumque // festivitatum octavis peregrinationis vel devotionis causa visitantibus, seu pro eiusdem ecclesie fabrica sive reparatione manus suas porrigentibus adiutrices, indulgentias per Cancellariam predictam dari consuetas totiens quotiens premissa fecerint ex thesauro eccle-

sie perpetuo concedere ac de eis iniunctis penitentiis in Domino misericorditer relaxare; cum clausulis oportunis.

Fiat in forma O[tto]<sup>10</sup>.

Datum Florentie, septimo decimo kalendas septembris, anno secundo.

12

1420, junio 8, Florencia

*San Miguel de Frechilla*

*Pedro Fernández de Frechilla, administrador de la iglesia parroquial de San Miguel, cerca del lugar de Frechilla, solicita del papa Martín V la concesión de las indulgencias concedidas en su día por el papa de Aviñón Benedicto XIII (Pedro de Luna) a cuantos visitaran dicho lugar sagrado y contribuyeran con sus limosnas a la reparación de dicho templo parroquial. Sin esta aportación de parte de los fieles no hay posibilidad de su reparación o reconstrucción.*

Reg. Suppl. 143, fol. 112r.

Beatissime Pater. Dudum Petrus de Luna, Benedictus tertiodecimo nuncupato, omnibus christifidelibus parochialem ecclesiam Sancti Michaelis, prope locum de Frechiela, Palentin. diocesis, visitantibus et ei manus suas porrigentibus adiutrices in singulis, videlicet Sancti Michaelis quinque annos et quadraginta dies et aliis festivitibus centum et quadraginta dies et in octavis dictarum festivitatum quinquaginta dies indulgentiarum misericorditer concessit. Verum, Pater Sancte, dicta ecclesia indiget magnis reparationibus et sine eleemosynis christianorum non posset reparari, ea propter ut christifideles ad dictam eius reparationem celerius manus suas porrigant adiutrices E. S. V. Petrus Fernandi de Frechiela administrator sive procurator dicte parochialis ecclesiae, supplicat quatenus, prefatas indulgentias per dictum Petrum de Luna concessas confirmare et ampliorem gratiam dicte ecclesie facientes omnibus christifidelibus dictam parochialem ecclesiam visitantibus et ei manus suas porrigentibus adiutrices in singulis Sancti Michaelis ultra dictos quinque alios septem annos in aliis vero festivitibus et octavis earundem, tres annos et tres quadrigenas indulgentiarum misericorditer in perpetuum ultra dictas indulgentias concessas, per dictum Petrum de Luna, concedere dignemini de gratia speciali, regulis Cancellarie, constitutionibus et ordinationibus tam apostolicis quam aliis in contrarium editis et facientibus non obstantibus quibuscumque.

Fiat in forma O. [Otto].

Datum Florentie, sexto idus iunii, anno tertio.

---

<sup>10</sup> Otón u Odón, nombre de nacimiento del papa Martín V.

1420, octubre 14, Roma

*S. María de Belén*

*Se da encomienda a Juan de Corral, dominico, maestro de teología, la iglesia de Santa María de Belén en la villa de Carrión.*

Reg. Suppl. 147, fols.124v-125r.

Publica: Beltrán de Heredia, V., Bulario de la Univ. de Salamanca, vol. III (Salamanca 1967) pág. 394.

Beatissime Pater. Cum episcopus de Bethlehem et ecclesia sua habeat in regno Castelle ecclesiam Sancte Marie de Betlehem in villa de Carrione, Palentin. dioc., necnon et alias ecclesias tam in predicta dioc. Palentin. quam aliis partibus dicti regni Castelle, cum certis redditibus et a magnis temporibus propter absenciam dicti episcopi et suorum predecessorum dicta ecclesia recipit ruinam et sit vacua, fructusque redditus et proventus, iura ac alia bona tam in dicta dioc. Palentin. quam etiam in dioc. Legionen. existentia ad ipsam ecclesiam spectantia a nonnullis militibus et scutiferis ac aliis personis illius territorii absque aliquo iusto titulo detineantur et possideantur, et propter hoc redditus et bona predicta sunt et fuerunt deperdita, adeo quod divinus cultus ibidem sit diminutus; et cum, Pater Sancte, decretum regis Castelle pro S. V sit confirmatum quod nullus extraneus provideatur in regno suo, supplicant igitur S. V devota factura vestra Rodericus episcopus<sup>11</sup> // Palentin. et filius eiusdem S. Petrus Manrique prefectus maior regni Legionen., quatenus ad augmentationem divini cultus, religioso viro fratri Iohanni de Currali<sup>12</sup>, in sacra theologia magistro, ordinis fratrum Predicatorum et oriundo de regno predicto, de prefata ecclesia sancte Marie cum omnibus iuribus et pertinentiis suis universis ubicumque in dicto rego existentibus providere et eam in commendam quoad vixerit committere et assignare misericorditer dignemini, possitque et valeat fructus, redditus et proventus ac bona predicta recipere, habere ac in suos usus convertere et ibidem in divinis per se vel alium seu alios eius nomine laudabiliter deservire et ministrare, quibuscumque privilegiis, libertatibus... Non obstantibus...

Fiat ad beneplacitum Sedis Apostolice O.[Otto].

Datum Rome apud Sanctum Petrum, pridie idus octobris, anno tertio.

---

<sup>11</sup> Rodrigo de Velasco, obispo de Palencia (1417-1426).

<sup>12</sup> Juan de Corral, dominico, maestro en la cátedra de teología de Valladolid.

1425, septiembre 21, Roma

Carrión

*El río que pasa por Carrión había inundado, destruido y producido graves daños en muchas zonas del pueblo, como en el hospital que acogía peregrinos que se dirigían a Santiago, en las casas de los sirvientes de dicho hospital, en los muros del monasterio de S. Zoilo, en el puente por donde transitan los peregrinos, etc., por lo que el prior y el monasterio de San Zoilo, de la Orden del Cluny, se dirigen al papa Martín V solicitando siete años de indulgencia para todos aquellos que ayuden o contribuyan de alguna manera a la reparación y reconstrucción de todos estos siniestros.*

Reg. Suppl. 190, fols. 198r.-v.

Sanctissime ac beatissime Pater. Cum fluvius de Carrion, Palentin. dioc., in tantum inundaverit et declinaverit a locis suis solitis et consuetis labi, quod destruxerit hospitale Sancti Zoili, in quo peregrini euntes ad Sanctum Iacobum de Galicia recipiebantur et multas domos, in quibus servitores dicti hospitalis morabantur, ita quod in muris monasterii Sancti Zoili predicti et alterius hospitalis eiusdem ac vico de Sancti Zoles magna et gravia dampna intulit et maiora cotidie speratur inferri // et nisi sceleris reparatione succurratur pontem per quem peregrini prefati euntes ad Sanctum Iacobum de Galicia transeunt supradictum flumen non badabile, non est dubium in brevi verisimiliter ruere et devastari, ac monasterium Sancti Zoili predictum et eius hospitale, in quo peregrini receptantur et necessitatibus ipsorum subvenitur propter inundationes fluvii predicti et crescentiam ipsius penitus etiam destrui et propterea peregrini monasterium et hospitale predicta magnum patientur dampnum et detrimentum, idcirco supplicatur S. V. pro parte prioris et conventus monasterii sancti Zoili, predicti ordinis Cluniacensis Palentin. diocesis, quatenus omnibus et singulis utriusque sexus christifidelibus, qui pro reparatione dicti fluvii et defensione monasterii pontis et hospitalium predictorum a dicto flumine manus porrexerint adiutrices, septem annos et totidem quadragenas indulgentiarum in tantum in quantum duraverit reparatio que erit magni sumptus concede et de iniunctis sibi penitentiis ex thesauri ecclesie relaxare misericorditer dignemini de gratia speciali. Constitutionibus et regulis etiam in Constantien. generali concilio super moderatione indulgentiarum editis et aliis contrariis non obstantibus. Et cum clausulis oportunis.

Fiat in forma O.[Otto].

Datum Rome apud Sanctos Apostolos, undecimo kalendas octobris, anno octavo.

## 15

**1426, abril 8, Roma*****San Antolín***

*El obispo y el capítulo de la iglesia de la virgen María y de San Antolín de Palencia, en ruinas y demolida, cuyas obras de reestructuración y reparación habían iniciado con no suficientes recursos, suplican al papa Martín V la concesión de diez años de indulgencia en la fiesta de San Antolín, y en otras festividades, a cuantos colaboren a la reparación de dicho templo.*

Reg. Suppl. 197, fol. 195r.

Beatissime Pater. Cum ecclesia Palentin., que propter eius vetustatem plurimum ruinosam existens noviter fuerit demolita in honorem omnipotentis Dei eiusque genitricis et virginis Marie et gloriosi martyris Sancti Antonini, ob cuius merita Deus per eum retroactis temporibus diversa dignatus est facere miracula reedificari et reparari incepta existat, opere non modicum sumptuoso ad eius reedificationem et reparationem proprie ipsius ecclesie non suppetant facultates, sed ad illas proficiendas et conservationem eiusdem christifidelium suffragia sint plurimum oportuna, ut igitur ecclesia iuxta incepta debite reparari valeat et reparata conservari, supplicant humiliter S. V. devoti episcopum<sup>13</sup> et capitulum prefate ecclesie quatenus, omnibus et singulis dictam ecclesiam devote visitantibus ac ad reparationem et conservationem predictas manus porrigentibus adiutrices in devotionem et dicti Sancti Antonini et aliis festivitibus per Cancellariam dari solitis, decem annos et totidem quadragenas, in diebus vero etc., alias per ipsam Cancellariam dari consuetis duos annos et totidem quadragenas de iniunctis eis penitentiis dignemini misericorditer relaxare. Cum clausulis oportunis.

Fiat in forma O.[Otto].

Datum Rome apud Sanctum Petrum, sexto idus aprilis, anno nono.

## 16

**1427, enero 18, Roma*****Santa María***

*Se habla de un importante hospital dedicado a Santa María, situado en un descampado entre los confines de la provincia de León y Palencia y en el camino que conduce a Santiago de Compostela. Dicho nosocomio estaba regentado por 24 presbíteros, los cuales se dirigen al papa Martín V pidiendo la facultad de poder absolver de todos los pecados, con la consiguiente indulgencia plenaria para todos aquellos*

---

<sup>13</sup> Gutierre Álvarez de Toledo (1423-1439), obispo de Palencia.

*que muriesen en dicho lugar. Igualmente solicitan del Papa el permiso de poder confesar siempre que fuera necesario.*

Reg. Suppl. 206, fols. 116v.-117r.

Beatissime Pater. Cum hospitale pauperum in honorem beate Marie virginis fundatum in quodam heremo, in confinibus Legionensis et Palentin. dioc<sup>14</sup> in via recta per quam peregrini ad Sanctum Iacobum in Compostela ire et redire consueverint, etiam longe et remote ab hospiciis et habitationibus constitutis, in quo viginti quatuor presbyteri, quorum duo rectores et abbates nuncupati coditie inibi Altissimo famulantes instituti fore noscuntur, necnon quam plures confratres utriusque sexus pauperibus et peregrinis benigne inibi recipiendum prout recipiuntur et tractantur dietim eisdem presbyteris adiunctis? existant multoties quamplures ex huiusmodi pauperibus peregrinis et aliis // incolis pro hospitalitate recuperanda accedere et inibi dies suos finire ac sepeliri, supplicantur S. V pro parte rectorum presbyterum et confratrum predictorum, quatenus ad augmentationem dicti hospitalis et salutem animarum christifidelium inibi decedentium omnibus et singulis ex viginti quatuor presbyteris dicti hospitalis concedere et indulgere digmemini licentiam et facultatem, quod ipsi presbyteri et quilibet eorum omnibus et singulis confratribus et aliis pauperibus et christifidelibus in dicto hospitale pro tempore decedentibus in mortis articulo absolutionem plenariam suorum peccatorum impendere et quemlibet ipsorum absolvere possint, et possit confessionibus audire libere et licite et quotiens fuerit oportunum. Constitutionibus et ordinationibus apostolicis et aliis contrariis ne quaquam obstantibus et cum clausulis oportunis.

Fiat pro presentibus in forma O.[Otto].

Datum Rome apud Sanctos Apostolos, quinto decimo kalendas februarii, anno decimo.

## 17

**1427, febrero 14, Roma**

*Baquerín de Campos*

*Toribio Martínez de Vacrin, laico y peregrino, se dirige al papa Martín V solicitando indulgencias en favor, tanto de la iglesia-ermita de Santa Marina de Baquerín de Campos, que se encuentra en inminente ruina, como asimismo en favor de los puentes. Uno en plena vía pública y en su mayor parte en ruinas, por lo que muchas perso-*

<sup>14</sup> Tal vez se trata de Nuestra Sra. de la Puente entre Calzadilla de la Cueva y Ledinos, ya cerca de Sahagún. Existió hasta los últimos años del siglo pasado una iglesia llamada de N. S. del Puente, románica, con un pórtico. Cerca de ella se hallaba una hospedería de dos pisos. Cfr. L. Vázquez de Parga, LACARRA, J.M., y URÍA, J., *Las peregrinaciones a Santiago de Compostela*, vol. 2 (Madrid 1949) p. 221.

*nas perecen en dicho río. En parecida situación se halla el otro puente; y sin el subsidio de los fieles no se podrán reparar ni la iglesia-ermita, ni los puentes.*

Reg. Suppl. 208, fols. 78r-78v.

Beatissime Pater. Exponit Sanctitati Vestre humilis et devotus vester Toribius Martini de Vacrin, laicus et peregrinus Palentin. diocesis, quod cum prope dictum locum de Vacrim, quedam ecclesia heremitorium nuncupatum beate Marine existat, ad quam plurimum christifideles et persone maximam devotionem habeant et singulis annis ac pluribus festivitibus ad eandem devotionis causa concurrunt, indigeat tam pro reparatione ipsius que pro maiori parte ruinoso, ac quasi terram minatur, quam pro ornamentis, quibus per nonnullos // malivolos homines specialiter fuit, et aliis utensilibus eleemosynarum largiarum?, ac christifidelium subsidio, necnon etiam iunctim cum eodem loco de Vacrim in via publica, quidam pons<sup>15</sup>, qui maiorem partem dedit in ruinam, et alium, quasi ruinam minatur existat, qui in magnis temporibus per nonnullos probos viros fundatas fuerat, indigeat etiam maxima reparatione, que per populares circumstantes non potest ita refeci ac reparari sine subsidio christifidelium, cum ibidem annis singulis multe persone itinerantes pereant in quodam magno flumine ibidem confluere, idcirco supplicat Sanctitati Vestre predictus Toribius Martini, quatenus dignetur S. V. omnibus et singulis christifidelibus dictam ecclesiam heremitorium nuncupatum sancte Marine, dicti loci de Vacrin, devote singulis visitantibus tam in festo dicte sancte Marine quam etiam in octavis ipsius quam in festivitibus aliis per Cancellariam Apostolicam dari consuetis, necnon pro reparatione ipsius ac ornamentis et aliis utensilibus predictae ecclesie, quatuor annos et totidem quadragenas, necnon etiam pro reparatione et edificatione ipsius predicti pontis manus suas porrigentes adiutrices totidem etiam annos et totidem quadragenas de vera indulgentia misericorditer concedere ac de peccatis suis relaxare ac perpetuo duraturas? de specialissima gratia.

Iurisdictionibus, constitutionibus ac ordinationibus apostolicis et aliis in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Et cum clasulis oportunis.

Fiat in forma O. [Otto].

Datum Rome apud Sanctos Apostolos, sexto decimo kalendas marcii, anno decimo.

---

<sup>15</sup> Cfr. MADOZ, *Diccionario Geográfico-Estadístico-histórico de España* (Madrid 1845-1850): Baquerín de Campos: "Pasa inmediato al pueblo el río Valdeginat que tiene su nacimiento a las 6 leguas S.; su curso suele interrumpirse en el verano, pero en el invierno son tan fuertes sus avenidas, que saliendo de madre inunda los campos y suele causar grandes daños; estas desbordaciones podrían remediarse abriendo su cauce que se halla encenegado, hace infinitos daños; sobre él, hay un puente de piedra de mediana construcción con 4 arcos y como de 3 varas de altura. Pasan también por el término de esta villa e inmediatos a ella 2 arroyos titulados el Madero y el Salón, que si bien en verano carecen de aguas, en el invierno suelen venir demasiado cargados, saliendo también de madre y por consiguiente causan muchos daños que fácilmente podrían remediarse si no fuese tan grande la incuria de sus habitantes".

1427, febrero 21, Roma

*Fuentes de Don Bermudo*

*Toribio de Antonio y Juana Garsia, matrimonio del lugar de Fuentes de Don Bermudo, diócesis de Palencia, se dirigen al papa Martín V solicitando indulgencias para cuantos visiten la iglesia parroquial de Santa María del Pozo Bueno, que amenaza ruina y aporten limosnas para la reparación, conservación y enseres litúrgicos de dicho templo.*

Reg. Suppl. 208, fol. 227r.

Beatissime Pater. Exponunt Sanctitati Vestre humiles et devoti vestri Toribius Antonii et Iohanna Garsie laici, vir et uxor, loci de Fuentes de Don Bermudo Palentin. dioc., quod cum prope muros dicti loci quedam parochialis ecclesia sancte Marie del Pozo Bueno communiter nuncupata, ad quam quamplures gentes devotionem maximam habeant et ibidem multa miracula sancta sint, ruinan paciatur, quod quasi tertia pars ipsius ecclesie in terram protrata existat indigeat, pro reparatione ipsius christifidelium eleemosynis ac subsidio, idcirco supplicant Sanctitati Vestre predicti Toribius et Iohanna, eius uxor, quatenus dignetur S. V. omnibus et singulis christifidelibus dictam ecclesiam sancte Marie, predicti loci, de Fuentes de Don Bermudo visitantibus, tam in festivitatis ipsius quam in octavis, ac in festivitatis per Cancellariam Apostolicam dari consuetis, quam etiam pro reparatione ac ornamentorum et utensilium eiusdem ecclesie, quinque annos et quinque quadragenas de vera indulgentia misericorditer concedere ac de peccatis suis etiam relaxamus et perpetuo durare. Iurisdictionibus ac constitutionibus apostolicis et aliis in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque et cum clausulis oportunis.

Fiat in forma O. [Otto].

Datum Rome apud Sanctos Apostolos, nono kalendas marcii, anno decimo.

1442, mayo 30, Florencia

*San Antolín*

*El obispo, el deán, el capitulo de Palencia y otros fieles se dirigen al papa Eugenio IV pidiendo indulgencias para el hospital de San Antolín, que había sido fundado cerca de dicha iglesia por un canónigo palentino para cuarenta escolares, cincuenta pobres y dos capellanes que lo atiendan.*

Reg. Suppl. 383, fol. 258r-258v.

Publica: Beltrán de Heredia, V., *Bulario de la Univ. de Salamanca*, vol. II, p. 496.

Beatissime Pater. Alias quondam canonicus ecclesie Palentin. prope dictam ecclesiam quoddam hospitale pro pauperibus Christi inibi recipiendis et recreandis, sub vacabulo Sancti Antonini<sup>16</sup> construi, erigi fecit illudque de bonis sibi a Deo collatis diversis possessionibus, redditibus et aliis bonis iuxta sui facultates dotavit, fructusque illius hospitalis in diversos pios et notabiles usus, videlicet inter alia pro quadraginta scholarium pauperum, ac quinquagintarum utriusque sexus miserabilium pauperum, et duorum capellanorum qui continue in dicto hospitali deservirent in divinis sustentatione ac infirmorum inibi pro tempore degentium curatione et subventionem, necnon sepultura et funeralibus inibi morientium annuatim converti et erogari voluit, ordinavit et mandavit, prout convertuntur et erogantur. Unde propter christifidelium ad dictum hospitale ingens habetur devotio eorumque pro divinis inibi audiendis confluit multitudo.

Ut igitur devotio huiusmodi augeatur, scholaresque ac pauperes, necnon capellani commodius sustententur, infirmi curentur et dictum hospitale in suis edificiis et structuris conservetur et reparetur, supplicant idcirco S. V. devota E. S. creatura episcopus et devoti E. S. oratores, decanus et capitulum Palentin., quatenus omnibus et singulis christifidelibus utriusque sexus, qui dictum hospitale in ipsius Sancti festivitatem visitaverint annuatim, et in primis vesperis sive maiore missa inibi intererint, manusque ad premissa tunc vel alias porrexerint adiutrices, decem annos et totidem quadragenas de veris indulgentiis perpetuis futuris temporibus duraturis concedere dignemini gratiose. Cum non obstantibus et clausulis oportunis.

Concessum in forma, in presentia domini nostri pape. C Ariminensis.

Datum Florentie, tertio kalendas iunii, anno duodecimo.

## 20

**1460, mayo 28, Macereto (dióc. de Siena)**

***Sinagoga de Paredes***

*En la villa de Paredes, diócesis de Palencia, existió una sinagoga de judíos en el tiempo en que el dominico, San Vicente Ferrer, predicaba por aquellos lugares. Convertidos al cristianismo dichos judíos, la sinagoga fue trasformada y erigida en iglesia con el título de Corpus Christi. Ahora bien, dicha iglesia no posee ningún beneficio (o rédito), mediante el cual se puedan mantener dos beneficiados. Por lo que se solicita del papa Pío II la creación de dos perpetuos y simples beneficios en favor de*

<sup>19</sup> Según las Constituciones de 1398 dicho hospital podía recibir numerosos enfermos en sus diferentes salas de calenturas, cirugía y convalecientes, y contaba con una amplia administración y un especializado personal de plantilla.

*dicho templo. De estas recompensas o mercedes se van a favorecer por igual los presbíteros Martín Martillo y Juan García de Tejero.*

Reg. Suppl. 530, fol. 139v.

Beatissime Pater. Cum itaque, sicut accepimus olim in villa sive oppido de Paredes, Palentin. diocesis, fuerit quedam synagoga iudeorum et tempore quo Sanctus Vincentius, ordinis Predicatorum, officio predicationis in partibus illis fungebatur, quidam ex iudeis dicte synagoge ad habitandum alibi extra dictam villam seu oppidum accesserint et iudei remanentes facti fuerint christiani, ita ut nullus ibidem habitet iudeus, prefata quoque synagoga erecta sit in ecclesiam sub invocatione Corporis Christi et habeat fontes baptismales et quamplures parrochianos et in illa nullum est beneficium institutum, sed ab eius prima fundatione consueverint illi deserviri per beneficiatos parrochialium ecclesiarum dicte ville seu oppidi, prout de presenti deservitur, cuiusque etc., accepimus in ecclesiis parrochialibus dicti oppidi seu ville cura per dictos rectores ad nutum revocabiles et eligendos exercetur, sint alia beneficia aliarum parrochialium ecclesiarum dicte ville seu oppidi sine cura et cum fructibus etc., in dicta ecclesia Corporis Christi sufficientia pro vita et sustentatione duorum beneficiatorum in divinis officiis inibi deservientium, que per beneficiatos aliarum parrochialium negliguntur, nos, cupientes ut ubique divinus cultus maxime nostris temporibus vigeat et augeatur, motu proprio auctoritate apostolica et ex nostra certa scientia duo perpetua simplicia servitoria beneficia in dicta ecclesia Corporis Christi de novo facimus, creamus, erigimus et instituimus, volentes et eadem auctoritate statuentes quod de cetero inantea per duos beneficiatos inibi perpetue deserviat in divinis, necnon unum ex huiusmodi beneficiis sic creatum et creatus Martino Martillo, dilecti filii nostri tituli Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diaconi cardinalis, S. Romane Ecclesie vicecancellarii<sup>17</sup>, familiari continuo commensali, et aliud Iohanni Garsie de Tejero, dilecti filii nostri tituli Sancte Cecilie presbyteri cardinalis familiari continuo commensali, clerico dicte diocesis, de dicta villa sive oppido oriundus, motu simili conferimus et de illis etiam providemus. Volumus autem quod fructus, redditus et proventus eiusdem ecclesie Corporis Christi, quos hic haberi volumus pro expressis, inter duos beneficiatos equaliter dividantur, cum non obstantibus et clausulis oportunis.

Fiat quod committatur ordinario, qui provideat ut sibi videbitur vocatis vocandis E. et collatis pro utroque fiat ut supra.

Datum Macereti diocesis Senensis, quinto kalendas iunii, anno secundo.

<sup>17</sup> Alejandro Borgia, hecho cardenal con el título de San Nicolás in Carcere Tulliano. Futuro papa Alejandro VI.

1463, enero 29, Roma

*Santiago de Boadilla*

*El papa Pío II concede siete años y cuarenta días de indulgencia para cuantos contribuyan a la reparación y adecentamiento de la iglesia parroquial de Santiago Apóstol en la villa de Boadilla del Camino, diócesis de Palencia.*

Reg. Lat. 586, fols. 28r-28v.

Pius etc. Universis christifidelibus presentes litteras inspecturis, salutem etc.

Si populus israeliticus sub umbra legis...

Cum itaque, sicut accepimus parrochialis ecclesia eiusdem Sancti Iacobi Castri seu villa de Bovadilla del Camino<sup>18</sup>, Palentin. diocesis, ornamentis ecclesiasticis decentibus plurimum destituta existat ac in suis structuris et edificiis et reparatione non modica indigere noscatur ad quam faciendam ipsius ecclesie proprie non suppetunt facultates, sed christifidelium suffragia plurimum sunt oportuna.

Nos, cupientes, ut ecclesia ipsa congruis honoribus frequentetur et ornamentis huiusmodi decenter fulciatur?, ac in dictis structuris // et edificiis reparentur pariter et conserventur et ut fideles ipsi eo libentius devotionis causam ad ecclesiam ipsam confluent et ad reparationem et conservationem huiusmodi manus promptius porrigant adiutrices, quo ex hoc ibidem dono celestis gratie uberius conspexerint se refectos, de omnipotentis Dei misericordiam et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi, omnibus vere penitentibus et confessis, qui in eiusdem Sancti Iacobi apostoli festivitate ecclesiam ipsam annuatim devote visitaverint vel ad reparationem et conservationem eiusdem manus porrexerint adiutrices, ut prefertur, septem annos et totidem quadragenas de inunctis eis penitentiis misericorditer in Domino relaxamus; presentibus, perpetuis, futuris temporibus duraturis.

Volumus autem quod si alias ecclesiam ipsam visitantibus et ad reparationem et conervationem easdem manus adiutrices porrigentibus aut inibi pias eleemosinas erogantibus seu alias aliqua alia indulgentia imperpetuum vel certum tempus nondum elapsum duratura per nos concessa fuerit, presentes litteras nullius existant roboris vel momenti.

Datum Rome apud Sanctum Petrum, anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimó sexagesimó secundo, quarto kalendas februarii, anno quinto.

<sup>18</sup> "Iglesia parroquial con el título de S. María... Hay una ermita que antes también fue iglesia parroquial bajo la advocación de Santiago Apóstol, sostenida únicamente por la piedad de los fieles...", cfr. MADUZ, *Diccionario*, volz "Boadilla del Camino".